



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 4. Honoratorum pericula, & status.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-48689)

vanitate pleni, luxuriosi, gulosi, & hominibus
magis placentes quam DEO. Hi sunt se ipsis
amantes, gula seruientes magis, quam spiritua-
libus intendentes, corpus ornantes, & animam
faedantes, carnalibus consentientes, spiritualia
Sueton. negligentes. Domitianus Imp. conditionem
in Domi- Principum miserrimam aiebat, quibus de-
tias, coniuratione comperta non crederetur,
nisi occisis. Multò miserior est conditio ta-
lium Prælatorum, qui antè non agnoscunt
suam calamitatem, quam in id barathrum
inciderunt, vnde vix datur emergendi poten-
tias. Quomodo enim emergerent, elati, su-
perbi, vanitate pleni, luxuriosi, gulosi, & homi-
nibus magis placentes, quam Deo? Quibus
tantum plumbi ad alas est appensum, non
possunt de profundis in altum euolare.

§. IV.

Honoratum pericula, & status.

Hæc talia dicta credibilem faciunt trem-
endam illam historiā, quam idem suprà di-

Thom. Etus author his verbis enarrat. Sed & illud
Cantipr. sollempne miraculū ad terrorem omnium prela-
lib. 1. torum enarrabo. Clericus quidam in Synodo E-
Apum. c. 20, §. 8. piscorum prædicare compulsus, angustiabatur
& 9. non modicum, quidnam dignè posset coram tot
prælatis Ecclesæ prædicare. At ubi accessurus in
oratione

oratione iaceret, venit ad eum diabolus, & dixit ei. Quid angustiaris istis clericis prædicare? Di- cas eis istud, & non aliud: Principes infernalium tenebrarum, principes Ecclesie salutant. Lat- omnes nos gratias eisdem referimus, quia cum ipsis, eorum afferuntur subditi, & per eo- rum negligentium ad nos deuoluitur totus pari- ter fere mundus. In initio quidem tibi dico, quod dico, sed Altissimi iussione coactus. Re- spondit Clericus: Mibi quidem, si haec eis retu- lero, non credent. Tunc diabolus tangens max- illam eius: Ecce, ait, signum, nigredo insolita faciei. Hanc antequam prædices, non contin- gas, quia frustra: post prædicationem vero aqua benedicta delebis. Processit ergo Clericus in Sy- node prædicaturus: & admirantibus cunctis in signo indito faciei, tantum illa, quæ sibi iussa sunt, indicauit, & ad horrorem maximum cuncto- rum corda permeuit. Hac anno ab incarna- tione Domini M.CC.XLVIII. fuerunt Parisijs coram omni clero & populo solemniter recitata. Quām vera sint ista, status procul dubio de- monstrat Ecclesia: qui nullam superbiam, amari- tie, luxuriæ, in clericis & prælatis recipit com- parationem. Vidi moderatores orbis & Reges magnos, vidi Duces, & Comites, Barones; ni- bil tamen vidi in eorum cultu vestimenta tam fin- O gulariter

210. Cap. XI. Cur s̄a p̄ tam bonis,
gulariter exquisitum. Eorum auaritiam si at-
tendas: nulla mercatorum, nulla ciuium talis.
Qui tamen h̄eredes legitimos si haberent, tolera-
bilior insania videretur. De luxuria verò eorum
nil definire pr̄sumo, nisi quòd illam solus omnipotens
nouerit, qui renū & cordium scrutator est.

Psal. 7. Deus. Si quis clericorum culpabilis, de duritate
verborum dictorum conqueritur, corrigat se:
& contra se prolatā non audiet. Si quis verò le-
gentium se à reprehēsis mordaciter vitis inu-
nerit innocentem, non irascatur, non indignetur
mihi, sed gaudeat, vitia, de quibus conscientis non
est, in conscientiis reprehendi. Si quis verò indigni-
dicta verba tulerit, notabilem se reddet in dictis:
& veritatis planissima detractorem. Hæc ille.

§. V.

S. Spiridonis patiens humilitas honorata.

His tantis periculis caret, quisquis ho-
noribus patienter caret. Quare beneficij lo-
co est habendum, si quis fit à periculis im-
munis. Quid quòd ipse despectus honorum,
atque etiam iniuriarum patientia multis est

Surius. 24 via ad honorem? S. Spiridonis ad Con-
Decemb. stantium Imperatorem euocati vilissimus e-
rat habitus, toga detrita & decotis. Pro-
cingulo funis. Yas fictile pependit è collo.
In manu, loco hastæ, aut spiculi, virgam
ex